

Alexij Celadeni Episcopi Ballipolitani oratio ad
sacrum Cardinalium senatum ingressurum ad nouum
Pont. eligendum.



In qua mihi optio pro suscepto dicendi hodie munere datur amplissimi patres mihi iustius vel vtilius et mea iam senectus et imbecillitas et rei magnitudo postulare posse videtur: quod prospicio vobis quod maxime pro futurum ut ea me sinceritate animi attentione quod audire velitis: quia ego erga vos pietate et in christianam reipublica studio hoc onus suscepi. Agitur namque hodie de vniuersi ordinis vestri non leui iactura aliqua vel tolerabili damno. Sed de honore de fama de dignitate de libertate de salute temporalis ac perpetua tum vestra tum omnium fidelium christi. Et si me re ipsa post paulum audisse ostenderitis: vobis quidem ipsi hec omnia seruaturi et alia honesta ac vtilia perituri: ceteris et si non tot et tanta in multis tum magnisque rebus bene consultari sitis. Magnam sane atque arduum opus: et cui me proorsus imparer nouerim: sed in hoc reliquit fortasse excusationis locum tum instituti rei que necessitas: tum duorum ex vobis maiestas quodam et autoritas et ea de me fides qua vel me irrequiro com vestrum scitu atque imperio hanc mihi punitiam demandat ut tum vel maxime meum in hanc sanctissimam sedem studium et fidelissimus famulatus. Illud me et onus subitum perterruit: et ferentem nunc terret: et donec ad finem diuino auxilio pueniam anxium sollicitumque tenebit: quod video me in vtraque operis parte cogi aut a com temporis nostri blandiendi adulandi que more non discedere: aut veritate de core que seruato: nec multis grata dicere, nec placere eibus posse. Sed his angustiis circumspectum prestabit fortasse virum et senem Susane fortis pudice que mulieris exemplo, circumspectioni humanitati que vestre committere, que vel in conspectu peccare domini: vel in tali tanta que re quid me deceat et quid vobis conferat obliuisci. Quam vero de re integritatis indigentissima in integerrime mulieris memoria incidit: ad eius gratiam recurrentum esse censeo quod linguas infantium fecit disertas: et sine cuius auxilio rerum

Cause suscepti operis.

Mos nostri temporis.

Susana